Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in tenuium ignis. Ibi erit fle
tus et stridor dentium. Intellex
istis hec omnia. Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba
doctus in regno celorum similis
est homini patrifamilias qui
profert de thesauro suo nova
et vetera. Et factum est cum
consummasset ihesus parabolas
istas transiit inde. Et veniens in
patriam suam docebat eos in sy
nagogis eorum ita ut mirarentur
et dicerent. Unde huic sapientia
hec. Et virtutes. Nonne hic est fa
bri filius. Nonne mater eius ma
ria dicitur. Et frater eius Iacob.
et ioseph. Et symon. Et iudas. Et do
tores eius nonne omnes apud
nos sunt. Unde ergo huic om
nia ista. Et sic scandalizabantur
in eo. Ihesus autem dixit eis.
Non est propheta sine honore
nisi in patria sua. Et in domo sua
Et non fecit ibi virtutes mul
tas propter incredulitatem illo
Illo tempore audiuit
herodes tetrarcha X IIII
famam dei ihesu. Et ait pueris
suis. Hic est iohannes bapta
ipse surrexit a mortuis. Et ideo vir
tutes operantur in eo. Herodes
enim tenuit iohannem. Et alligaut
eum. Et posuit eum in car
cerem propter herodiadem vx
orem fratris sui. Dicebat enim
iohannes. Non licet tibi ha
bere eam. Et volens illum
occidere timuit plebem quia sicut
prophetam eum habebant. Die autem
natalis herodis saltauit filia
herodiadis in medio plebis. Et placuit
herodi. Unde cum iuramento pol
licitus est ei dare quodcumque pos
tulasset ab eo. At illa premuni
ta a matre sua. Da mihi hic
in disco caput iohannis bapte
Et contristatus est rex propter
ius iurandum suum. Et eos qui pa
ter recumbebant iussit dari. Et
misit. Et decollauit iohannem in
carcere. Et allatum est caput eius
in disco. Et datum est puelle. Et tu
lit matri sue. Et accedentes dis
cipuli eius tulerunt corpus eius
et sepelierunt illud. Et venientes
nunciauerunt ihesu. Quod cum au
disset ihesus secessit inde in nau
cullam in locum desertum seor
sum. Et cum audissent turbe
sequte sunt eum pedestres de ciui
tatibus. Et exiens inde vidit tur
bam multam. Et misertus est ei
super eis curauit languidos eorum. Vesp
pere autem facto. Accesserunt ad eum
discipuli eius dicentes. Desertus
est locus. Et hora iam preterit. Di
mitte turbas ut euntes in castel
la emant sibi escas. Ihesus autem
ait illis. Non habent necesse ire da
te illis nos manducare. Respon
derunt ei. Non habemus hic nisi
quinque panes. Et duos pisces. Qui
ait illis. Afferte illos mihi hic.
Et cum iussisset turbam super
fenum accepto quinque panibus
et duobus piscibus. Aspiciens